



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Psalmvs Septimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

*Inimici piori
potissimū.* nec timent furōrem eius. Dicitur enim; inimicos piorum esse eos, qui iniquitatis operarij uocantur; autores male securi cordis, & infidei & spei in deū, pro qua perpetuo cum illis negotium habent, non habent si & ipsi aliquando simili tribulatione cribrentur. Quod si quis per operam iniquitatis & inimicos uolet intelligere demones, qui in hac hora materiter instant, & ad desperationē urgent, tum ob oculos ponunt opera bona si quis fecisset, non haberet quo desperaret, ut desperationē per praesumptionem, & praesumptionem per desperationē stabiliat, ac interim his iniquis formis animā occupent, nē uera pietate fidei & spei deum colat, propter misericordiam suam. Si quis in quā ita uelit intelligere, non resisto. Nā demones uere sunt callidissimi incitatores animarum ad inobedientiam sub specie obsequitiae, quādo proprium est eis se transfigurare in angelum lucis, tum maxime, quā minime oportet, id est, in tribulatione. Ego autē credo contra hoīes, Prophetam loqui (ut dixi) uerā pietatis inimicos, quos pigeat, ipsum uel audisse, uel nosse, quod plurimos sua insipientia secum trahunt in foueam.

PSALMVS SEPTIMVS.

Ignorātia Dauid quā cecinit dño sup uerbis Aethiopsis filij Lemini.

A multis sudatum super hoc psalmo, quisnam scopus eius sit quem titulus indicet, & adhuc sub iudice lis est. Sequemur interim Burgen, qui mihi proprius ad rem uidei accedere, qui, non de Saule, sed de Semei ipsum intelligendū uideat. Quod ut capiamus uerba historix ex libro secundo Regū, ceteram. Ita enim scribit capitē. xvj. cum Dauid fugeret a facie Absalom filij sui. Venit ergo rex Dauid usque ad Bahurim. Et ecce egrediebatur inde uir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra uniuersos seruos regis Dauid. Ita autē loquebatur Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere, uir sanguinū, & uir Belial, reddidit tibi dominus uniuersum regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Cum autem seruus Dauid uellent illum occidere, dixit Dauid: dimittite eū, ut maledicat, dominus enim praecepit ei, ut malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quare iam meū, quātomagis hic filius Lemini, maledicet mihi.

Patet ergo filium Lemini uocari Semeiam, hunc maledicū, licet & ipse Saul filius Lemini dicatur. i. Reg. ix. Quia de eadem cognatione fuerunt, ut dictum est. Simul habemus uerba, super quibus hunc psalmum cecinit, nempe maledicta Semei, quibus ei falsa crimina impexit grauissimum & importunissimum calumniator. Non enim de Saule legimus talia uerba quae in Dauid euomisset, quare de insigni uerborum iniuria necesse est loquatur, quae hoc loco recitatur, & hoc textus ipse psalmi dabit.

*Candidus &
niger quomō
accipiendā.* Reliquum est, cur appellet eum magis Cusch, quod Aethiopem significat. Omnibus fere placet metaphoram esse, quae nigredo infamiam sustinet, magis, ut & poeta: Hic niger est, hunc, tu Romane, caueto. Sicut eōtra candidum dicimus, qui syncerus & integer est, & candor animi, qui sine litore sit, ut uulgo quoque proverbia sonant. Volunt ergo de industria nomen eius, a Dauid omittum,

non sum, & nouo moribus suis digno insignitum. Quod si hoc non placet, arbitramur licet eum fuisse binominē, quod frequentissimū in sacris literis obseruatum est, ut ex linea Christi, Matth. j. & Luca. ij. colligitur. Sicut & de Zacharia patre Ioiada dicitur Matth. xxij. Tum adhuc ratio uiget altero nomine Aethiopo appellare maluisse, q̄ Semei, tanq̄ aptiore malitiæ eius uocabulo. Porro ignorantia, his acceptis, sua iam sponte se aperit quæ nã sit, cum em̄ maledicta Semei, Dauid adeo non agnouerit, ut etiam in morte sua filio Salomoni mandarit, ut canos eius cum sanguine deduceret ad inferos pro maledictionis illius ultione, plane est innocentiam suam cum domino confiteri: Et ignorantiam hanc non esse aliud, q̄ innocentiam, Nam cuius non sumus nobis confes̄, recte ignari quoq; eiusdem dicimur. Verum cum sit impium confidere in cogitationibus suis, Prouerb. xij. Et qui confidit in corde suo stultus est. Eiusdem. xxvij. Ideo, sic de innocentia ista est præsumendum, ut tamē iudicium dei timeatur, nec in securitate de ipsa gaudendum, nisi data primū gloria deo, coram eo confessi fuerimus alia esse sua, alia nostra, & hominum iudicia, ut sic accepta licentia & saluo illius iudicio, coram hominibus eam profiteamur. Id quod discitur in tentatione. Sic enim Dauid cum audiret falsa sibi (quantum in sua conscientia erat) crimina obijci, tamen quia deo præcipiente illa maledicta in se congeri sciebat, timuit ne coram deo uera essent, nec lux conscientiæ satis cõsiders: Sicut Apostoli non sibi fidebant dum audirent unum inter eos esse traditorem. Talis est enim uniuscuiusq; pij conscientia, quantum libet innocens sibi culpam timere, ubi culpa non est. Timor dei facit hoc, & iudicij eius insuperabilis altitudo. Proinde Dauid innocens quidem, timet tamē se se fecisse, quæ obijci sibi audit, præsertim tempore tentationis, in quo deus patres aduersarij uidet inuare percutere creditus, pro ijs quæ tunc obijciuntur, & si ignoratur, ideo quantumlibet coram se & hominibus nō sit sibi ullius mali cõscius, metuens tamen, ne corde saltem sit reus: deus enim scrutat renes & corda. Docet nos hoc psalmo illud Apostoli: Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commēdat.

Ignorantiam idē esse quod innocentia.

Conscientia piorum cum timore.

Quare licet psalmus sit de Dauid & sua ignorantia compositus, tamen cum sit hoc malum calumniarum in mundo frequens, generaliter ad omnium nostrum doctrinam scripta esse etiã hæc credere debemus. Sicut Paulus Ro. xv. dicit: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Videbimus autem qui affectus sint, & esse debeant, & possint, ijs qui fideliter & pie calumniam ferre, & uincere uolunt. Nam hanc persecutionē optime posuit septimo loco, ubi præcedētib; psalmis erudit in his malis, quibus purificamur a peccatis, perfecte nunc tandem erudiat ad perfectum dei timorem, ut ibi etiã peccasse nos timeamus, ubi nō peccauimus, & tanto peccati odio, deiq; dilectione perficiamur, ut ignorata, immo nulla peccata pro peccatis timeamus. Ad hanc persecutionem opus nobis est, non persecutore Absalom, quem certum sit, nos inique persequi, sed calūniatore Semeia, quē timeamus uere maledicere, etiã innocentes, nec tamen sic innocentiam dimittamus, sed cum Iob sentiamus, qui & ipse a suis amicis tale quiddam passus dicit. xxvij. Absit a me, ut uos iustos iudicem, donec desicam, non recedam ab innocentia mea, iustificationē quam cœpi tenere, non deseram, neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Ita (ut supra psalmo, v. Non nihil horum tetigimus) coram deo ignorantiam nostram quidem confiteamur, qui solus nouit corda hominum, sed

Calūnia quō ferēda & uincenda.

N iij - num, sed

Coram deo num, sed coram hominibus innocentiam nostram non desecramus, sicut no-
 ignoratiā no- strum nos non reprehēdit. Sicut enim coram deo peccata non sunt neganda,
 strā confite coram quo nemo iustus est: Ita corā hominib; ueritas est confitenda, & allo-
 amur, coram renda, coram quibus uiuere possumus, & debemus sine crimine. Et hanc em-
 hoibus inno = ditionem Dauid suo euentu cosecutus, nobis facit communem, qua longe &
 centiā nostrā licius calumniā ulciscimur, q̄ olim Appelles ultus est sua tabula.
 non desera =
 nus.

Dicit itaq;

DOMINE deus meus, in te speraui, saluum me fac, ex omnibus
 persequentibus me, & libera me.

Primus affectus est, non ad uindictam & zelum ferri contra calumniatores
 & persecutores, ut solet homo uanitas, & mendacium (Mihi, inquit, uindicta
 & ego retribuam) sed ad dominum, ante omnia, cōfugiendum est, & tam per-
 secutio, q̄ calumnia coram illo pronuntianda, cum plena spe & fiducia, quam
 in hoc casu iuuat innocētia, & bona conscientia. Ita hic ex omnibus persequē-
 tibus saluus fieri petit, duo enim persequēbantur Dauid: Absalom uiribus &
 opere; Semeia lingua & calumnia, qui sine dubio, uel solus non fuit, uel salte-
 soli sibi non placuit in hoc malo, uel ex omnibus dicit affectu eo, quo psalm. vi.
 dictum est: Inueteraui inter omnes inimicos meos, q̄ uidelicet uim & calum-
 niam simul passis, omnia uideantur aduersari, neminem q̄ relictum esse, qui
 succurrat, sicut reuera omnia aduersantur solitario. Ita dicit, ex omnibus perse-
 quentibus, id est, quia omnes & omnia me persequuntur. Quid differant
 Salua me, & libera me, non magnopere puto referre, nisi salua ad bonum, li-
 bera, ad malum retulisse, aut, affectus gratia, tautologicus idem repetisse par-
 tandus est.

Illos conueniri hoc uersu licet, qui non credunt necessariam esse fidem &
 spem, uel oraturis, uel sumpturis gratiam dei, seu effectum (ut dicitur) sacra-
 mentorum, cum ideo hic Propheta, se saluum, & liberandum petat, quia spe-
 rasse etiam gloriatur in dominum, adeo certū est, scilicet unicuiq; si credat, spe-
 ret, aut diligat. Dicit uero, in te spero, non in me, non in hominem. De quibus
 supra psalmo quinto latius.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redi-
 mat, neq; qui saluum faciat.

Hieronymus, sic ex hebræo: Ne forte rapiat, ut leo animam meam, laceret,
 & non sit qui eripiat. Rapiat (inquit) laniet, prædetur sicut solet furens bestia,
 ne quis simplicem captionem intelligat: deinde sicut leo, implacata scilicet be-
 stia, laceret, atque discerpat etiam. Quid: domum aut pecus: non, sed animam
 meam, id est, uitam meam, quam ex anima corpus habet. Vt psalmo præceden-
 te dictum.

Fortem inten-
 tionē oratio
 exigit.

Hæc omnia tanta anxietate magnificat, ut necessitatem suam exaggeret & cō-
 mender, quo uelocius exaudiri mereatur, immo quo seipsum ad ardentiorē
 animi intentionem prouocet: fortiter enim & seria intentione orandum est,
 si quid impetrare uolumus. Non est autem dubium, fuisse Dauid eo tempore
 in ea con-

in ea conditione, q̄ ab Absalom & Semeia uelut rugientibus leonibus rapi, la-
cerariq̄ timebatur & sperabatur, nec nisi in deo erat sibi spes & auxiliū, Quo
loco sunt, & omnes alij, qui uim cum calumniā patiunt̄, qui hęc uerba & sen-
sum eorum pulchre intelligunt.

Domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:
Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam merito ab inimicis
meis inanis.

Hic ingreditur rem psalmi, & iuxta titulum, uerba Aethiōpis Semei tractat.
Impegerat calumniator, Primo, q̄ in sanguine domus Saul reus fuerit: Egre-
dere inquit uir sanguinū, & uir Belial: Secūdo, q̄ regnū eius, ui inuaserit, ideo
reddita sibi a dño duplicia, ut a proprio filio rursum sanguis eius funderetur,
& regnum ei auferetur. Vtrunq̄ queritur, & sese innocentē confitetur. Dupli-
ci autem ratione hunc secundū affectum, nos docet tractare, negatiue, & con-
ditionaliter scilicet, ut innocentis conscientiaē fiduciam quantum est corā ho-
minibus afferamus, & occultum nostrum uitium corā iudice deo, metuamus.
Nam utrunq̄ hūc affectum, hi uersus prestant, hoc modo: Domine deus me-
us, adeo non feci istud, adeo non est ista iniquitas in manibus meis, adeo, nec
sanguinis eius, nec amissi regni autor fui, ut etiam non reddiderim ei, & suis
mala, pro malis quae mihi faciebant, cum id sapius potuissē, dum in spelunca
solum apprehendi, (.j. Reg. xxiiij.) et in castris eius hastam abstuli (.j. Regum.
xxvj.) Non solum autem, non reddidi mala, sed contra, reddidi bona, pro ma-
lis, Sicut ipsemet Saul (.j. Regum. xxliij.) testatus est, dicens: Iustior tu es q̄ ego,
Tu tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, tantum abest, ut uir san-
guinum esse possim: q̄ si quid occultius in me fuit, quod minus synceriter pra-
stitisse inuentar, & tu ita iudicas, praesto sum, fiat mihi, quod merui. Persequat̄
inimicus meus animam meam &c.

Videtur autem iniquitatem hic ad posteriorem calumniam aptare, sicut ad
priorem hoc, Si feci illud, ut sit sensus: non feci illud, quod de sanguine calum-
niatur, nec est iniquitas in manibus meis, quod regnum obtinui nemini in
hoc feci iniuriam, quia non mea temeritate, sed tuo praeecepto id feci. Vehemē-
tior est autē affectus, q̄ sibi imprecatur tot mala, si fecisset, q̄ si simpliciter nar-
rasset se non fecisse, ut & nos doceamur magno corde contra calumniam ora-
re, sed sic, ut innocentiam quidem testemur, occultum tamen eius iudicium ti-
meamus, parati ferre quaecūq̄ mala, si inuenti fuerimus culpabiles. Nam licet
pro te etiam dei praeeptum habeas in quocunq̄ opere, tamē adhuc timere de-
bes, ne forte nō recte in cesseris, & contrariū praecipere merueris. Sicut Abraham
licet in Isaac re promissionem accepisset, tamē uolens & timens dei iudicium,
obtulit eum in holocaustum. Sic & Dauid in hoc negotio, licet sibi esset nul-
lius conscius, tamē regnū resignās ait (.ij. Reg. xv.) Si dixerit mihi, nō places,
praesto sum, faciat quod bonum est coram se, & Semeiam maledicere permisit,
etiam a deo iussum esse credidit, omnino timens recta sibi & digna contigisse.
Adeo quantūlibet iusta, sancta, innocēs, uera, diuinaq̄ sit causa tua, necesse est
in timore & humilitate eam agas, semper iudicium eius metuēs, & nihil de te,
sed de sua tantum misericordia confidens. Cecidit Iudas Machabaeus, in bello
iustissimo, succubuerunt multi in iustissimis causis & diuinis negotijs. Sicut

N iij de filijs

Magno corde
cōtra caluma-
niam oran-
dum.

Notatu dignis-
sima.

de filijs Israel, Iudic. xvij. scribitur, Quia nō in timore, sed in fiducia iustitiae egerunt, non in misericordia. Sed & Apostolus. j. Cor. iij. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Hoc est quod Dauid in tribulatione positus exemplo suo docet, nulli iustitiam sibi arrogare, pro ea tumultuari, uindicta furere, ui aut iure reatorum nem meditari, sicut nunc insaniunt Ecclesiastici, qui praeter ceteris iusti & sapientes, uideri uolunt. Sed humili timore, primum metuere oportet, ne uere id meruerit coram deo, & ad poenam dignā se se offerre: Deinde iuxta innocentiam contra aduersarios orare, qui non possunt iustam causam habere aduersum illum hominē, qui conscientia innocente praestat, hoc enim solus deus habere potest, & habet. Alia sunt iudicia dei, alia hominum. Homo uidet ea quae par calumniator est, sicut hic Semeias. Atque, ut hanc humilitatem, & timorē dei tent, deus autem inueter cor. Ideo homo iudicans aliter q̄ secundū faciem, indicaret, caute in titulo posuit, super uerbis Chusi, q̄ non ignoraret se meruisse persequutionem Absalomi, nec hanc excusat, sed maledicta Semei nō agnoscit, aut si uera sunt, ignorata sibi confitetur. Meruerat adulterio, & homicidio, Absalomi malum, sed uerbi Semei, de sanguine Saul, nō erat conscius meruisse, & tamen timet meruisse, propter iudicium dei tremendū, & occultum, Quo modo haec agantur, sentit piū, & timens deū pectus, si quando uexat, uel ab hoibus, uel demonibus calumniantibus.

Vocabulum, quod hoc loco iniquitatem recte uertit, hebrais, *שואל*, significat id proprie, quod iniquitas latinis, id est, laesionem, iniuriam, minus aut plus, q̄ debet, sicut in negotijs fieri solet. Ita hic regnum alienū inuito proximo inualisse, iniquum erat, si id fecisset. Et quod nos habemus, decida merito ab inimicis meis inanis. Hieronymus rectius trātulit: Et nō dimisi hostes meos (tribulatores) uacuos. Volens (quod dixi) Dauid nō solū non reddidisse malum, pro malo, uerum etiam non uacuos dimisisse hostes, id est, bene fecisse malis. Nam hoc ipsum uindictae genus est, beneuolentiam subtrahere offensoribus, cum & diligenti sint inimici. Quāq̄ ignorem, an & ista translatio hebraicū satis referat.

Illud uide q̄ Euangelicum gradum iustitiae Dauid praestiterit. Nam reddere malum pro malo, uidetur æquum sensui carnis, sed prohibitū etiā lege Moysi nisi iudicio superioris fiat, non autoritate propria. Huic contrarius est, reddere bonum pro bono, hic mercennarius & seruilis est: sic seruiunt deo, qui nec mala, nec mortem pati uolūt, cum ideo malis nos praemat, ut pure ei seruire discamus, nullius respectu boni aut premij. Tertius, reddere malum, pro bono, qui feralis, immo plusquam feralis est. Quartus, reddere bonum, pro malo, hoc est Euangelium Christi: Hunc autem gradum excellentiori modo seruasse fecit, quia non solum, nō reddit malum pro malo, sed his qui acceptis bonis ingrati reddiderant mala (sic enim habent uerba) reddidit bona. Vt supra de Saule dictum est.

Persequatur inimicus animā meam, & comprehendat & conculcet in terra uitam meam, & gloriā meam in puluerem deducat.

Non haec affectu fiducia dici mihi uidentur, ut pleriq̄ putant, quasi certus fuerit haec non fore, quia nō meruerit. Nos enim, quia humili oratione coepit, arbitramur

Humili timore dei iudicium metuendum.

Calumniator, quis dicatur.

Experientia piarū mentium

Gradus reddendi, bonum & malum.

arbitramur in eodem timore dei, hæc quoque psalli, quia, ut dixi, & si conscius sibi non erat merita maledictionis, quin potius præcepto dei se in regnum uocatum sciebat, multis tamen nominibus non potuit in hoc fidere & gloriari: tum (ut dixi) quod deus mirabilis est in omnibus uis suis, tum, quod nos ipsi cor nostrum non cognoscimus satis. Quibus rebus fieri potest, ut, uel præceptum recte intellexeris, uel non recte expleueris. Atque ita occultissimo demerito dignus fueris, præceptum tolli, aut mutari, Abraham eruditus est in Isaac offerendo. pro te stare putaris, isto timore (ut dixi), Abraham eruditus est in Isaac offerendo. Est plane supremus hic gradus timoris dei, ubi & ipsum deum, & præceptum eius pro te cogere abnegare, & timere esse contra te. Breuiter, ubi timere habes ea deum, quæ præcipit, & uoluit, non uelle, sed prohibere & odisse, cum in contradictionis diuinæ (ut sic dixerim) inconstantiam incomprehensibili constantia constantissimam ferat, nisi sit uir secundum cor dei electus: sicut iste Dauid & Abraham: cum hic uideatur ueritas dei ipsa nutare, & odium sui (omni humano iudicio) prouocare: Verum sic est occidendus affectus ille seruitutis meretriciæ, qua deum propter nos ipsos colimus, qua in deo & propter deum in uicem inflamur, superbumus, zelamus, odimus, & nihil non mali sub nomine & cultu eius, & pro salute animarum (ut uocamus) facimus. Quis enim nostrum habens uel Abraham, uel Dauid promissionem, non hoc ipsum præceptum dei, etiam contra angelos obtenderet, si quis nobis contraria inteteret: Adeo profunde carnis affectus fatus est in hominem, ut necesse sit deum se nobis, quasi in constantem offerre, quo erudiamur, nulli rei nec diuinæ & æternæ, peruerso affectu adherere.

Tria offert perdenda quæ magno dolore amittimus: animam, uitam, gloriam, Animam persecutioni & captioni, uitam concubationi, gloriam sepulturæ deuouet. In hebræo enim dicitur: Et gloriā meam in puluerem sepeliat, collocet, quod tamen idem est cum nostro, sed clarius.

Tria perdenda Dauid deo obtulit.

Videtur autem animam & uitam sic discernere: ut anima significet (ut diximus supra) ipsam substantialem uitam, qua corpus uiuificatur: Vita uero conuersationem, seu, res gestas in corpore per animam, sicut & Græcis uidetur Ζωὴ & Βίος differre, & in nostra uernacula, licet eodē uocabulo (leben) tamē ualde distincto sensu utimur, quā de naturali uita & opibus uitæ loquimur.

Explicat his uerbis affectum suum, in quo erat, quando, i. Reg. xv. dixit: Si dixerit mihi, non places, præsto sum. Et illud. xvj. Dominus præcepit ei, ut malediceret Dauid. Tunc enim paratus fuit, animam, uitam, gloriam regni amittere, ut patet. Ideo in hunc affectum, hæc nunc psallit, ut exemplo suo erudiat omnes nos, quid cogitandum, quid dicendum, quid faciendum sit, & ijs qui similia paterentur. Est ergo sensus: si coram te talis fui, fiat quod fiat, libens cedo, occidat Absalom & Achitophel animam meam, nec sit qui me saluata persequere, nec qui eripiat a comprehendente, paratus sum tuam uoluntatem ferre, & poenam meritam soluere: Deinde & uniuersa quæ uixi, seu, uicendo gessi, conculcet in terram, id est, destruat & deiciat, ut non sint ultra aliquid in oculis & auribus, ac memoria hominum, libens hæc amitto: Inueni ego in uita mea malus, inutilis perniciosus, fuisse dignus qui conculcetur uilissime in terra, quem omnes supplantent, & uelutum platearum terant, inimicum uero omnes eleuent, extollant, in celum uehant: Sint omnia illius coram te & hominibus mirabilia & magna, & digna quæcumque fecit, facit, facietque. Nec hoc contentus:

Sensus psalmitæ.

contentus. Age & gloriam meam, potestatem presentem, futuram, non solum
minuat, sed & in pulverem sepeliat, nunquam redituram, aeternaliter obscuratam.
Erat thronus regni mei, Eant uxores & liberi, eant amici, eant res & omnia, eant
quoque gloriosa illa promissio de futuro mihi facta Christo, qua omnibus aliis
incomparabiliter chariorem habui, in qua una mihi spes, gloria, & gaudium
erat, offero & ego meum hunc Isaac, cum patre meo Abraham, longe dilectissimum,
O uir secundum cor dei uere electus, quis huius cordis affectum digne assequi
met, nedum eloquatur? Nos maximum arbitramur, si mortem oppetimus, &
animam ponimus: Hic non mori simpliciter, sed a persecutore comprehensus
paratus est, & in manibus hostium traditus extingui, non inter charorum turba
lamentate obdormire, sed inter furces, illudentes, triumphantes hostes occidi.
Nos quid non facimus? quas non tragedias mouemus, si uel unum opus aut
uerbum nostrum uituperetur, aut etiam non celebretur: Hic tot bellorum tri-
umphis, tot miraculis, uicto Goliath urso, tot prijs operibus, tot cultus diuini
augmentis clarissimus, non modo finit sua illaudata haberi, sed etiam sicut lu-
tum platearum, in perpetuum omnia conculari, & magis ac magis conculean-
tibus omnibus annihilari.

Nos, quas caedes, quos impetus saltim non molimur si non possumus opere
explere, uel in uniuersum humanum genus, siue pro uetustis ditionum titulis,
siue pro presentibus priuilegiis quibusdam rerum suarum? Hic ter inuictus
diuino precepto in regem, accepto Christi nascituri oraculo infallibili, uniuersum
regnum cum tanta gloria, non modo libentissime ponit, sed paratus est
nunquam recipere, mansurus reprobis, & inglorius in aeternum, tantis & inextingu-
malibus his omnibus ornamentis in pulverem usque sepultus. Quid potest hoc
affectu cogitari durius, profundius, sublimius, breuiter mirabilius? Habuit
haec omnia iure diuino, nec uno loco diuinitus mandata: Cur non insanit pro
iure diuino? An impius est quod contra ius diuinum suam monarchiam, non
per sanguinem & mortem repetit, tuetur, seruat? Sicut hodie uidemur esse om-
nium pessimi, si pro rebus temporalibus affixo iuris diuini titulo, caelum & ter-
ram misceamus, nihil timentes deum, qui si quid etiam iure diuino haberemus,
haec tamen superbia & contentione offensus, merito cassaret omnia. Si David
timuit preceptum dei in se mutatum, qui tot signis, tot mandatis dei, tot uinc-
tibus prophetarum rex creatus est, tam solida promissione Christi futurum accepit.
Obsecro, quod preceptum? quae promissio quantumlibet dei, nobis esse potest
ocasio superbiae, belli, contentionis, & similibus tragediarum? Metuendum
profecto, quod ibi Ecclesia quam minime sit, ubi maxime pro Ecclesia tumultuatur,
quando quidem uidemus deum esse impatientissimum abusionis suorum pro-
missorum, ac terribilem in consilijs & mandatis super filios hominum. Sed haec
satis. Non haec dico, quod uelim ulli suum ius, ac debitum auferri, uel impugnari,
sed quod docendi sumus per haec scripturae uerba & exempla, ut is qui aliquid
quid obtinet ac possidet, quantumlibet iusto titulo, cum timore possideat,
& non ui, sed oratione & patientia illud defendat, paratus cedere, si deo placuerit.
Nec enim satis potest scriptura explicari, si non praesentis seculi ex-
emplis aptetur & monstratur. Sic enim Graeca & Latina Ecclesia in contentione
de principatu utraque peccasse uidetur, quod neutra alteri cesserit, cum in timore
dei utraque cedere debuisset, nec ideo amississet utraque principatum huiusmodi,
sed longe felicius fuisset seruatus, si non pugnantibus pontificibus, sed
orantibus, hoc est, non uolentibus hominibus, sed miserante deo fuisset
seruatus,

Certamē pro
debitis iure
diuino.

Nota bene:

Contentio de
principatu in
Ecclesia.

ferretas: sicut hic David orat quidem, & tamen simul sese offert, uelut petens cum Christo transferri calicem a se, & tamen uoluntati dei obediēter cedens. Sicut in lege Moysi scriptum est: Quod iustum est, iuste exequaris. Ita fit, ut etiā habens iustissimam causam, coram deo sit reprehensibilis, si nō in timore dei eam tuteatur. Non respicit deus superbos & contētiōsos quālibet iustos. Sic legimus in Iob contigisse, pro cuius causa deus ipse sententiam tulit, & tamen eum ipsum reprehendit. Talis timor & humilitas, & hodie nobis necessaria est, qui certamus de Theologiae sinceritate, & Ecclesiae potestate: possumus utrinque deo reprehensibiles esse, etiam in iustissima causa, nisi magis oratione misericordiam dei, quā nostrae causae fiducia uictoriā quaramus, orandum ut ueritas triumphet, quā si non per nos id fieri placitum est, fiat per quencunq; placuerit. Nemo speret sese feliciter mandatis dei ullis seruire, aut ea tutari, si primum omnium mandatū (quod est cultus dei in timore & humilitate) praeparatum non ueritetur. Nam hoc mandato omnia alia regulant, sine quo iam mandata non sunt. Nihil ergo placet, quod non in timore & humilitate geritur. At ubi haec facies hodie in Ecclesia? Quid est Ecclesia hodie, nisi quaedam schismatum cōfessio: ubi non nisi pro iustis causis & diuino iure, sine ullo timore dei, tumultuamur, & dum omnia mādāta implemus, caput, uitam, regulam mandatorū perfundamus: Cæcitas, Cæcitas.

Corā deo reprehensibilis iustissima cā.

Primum mādatum.

Surge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorū meorū: & exurge domine deus meus, in praecepto quod mandasti.

Hæc in hebræo uno uersu dicuntur. Est autē uersus obscurissimus, nec hodie cognitum, quid aut de quo loquatur. Hierony. sic transtulit: Surge domine in furore tuo, & eleuare indignans super hostes meos, consurge ad me in iudicio quod mandasti. Verum indignans super hostes, non ita in hebræo habet. Te merabo & ego, uersum ad uerbum sic transferēs: Surge domine in ira tua, & leua in iracundijs tribulatorum meorum, & suscita ad me a iudicio, mādasti. Vbi uocabulū quod nostra dicit, in finibus, hebræis affine & æquiuocum ferme est, cum irascendi uerbo, quare ab irascendo, magis quā a finibus. Hieronymum fecutus, deduxi. Sollicitus autem iste, a iudicio, mandasti (quem nostri per nomen quod sustulerūt) etiā in alijs locis inuenit, ut psal. l. Exultabūt ossa humiliasti: ubi nos ossa humiliata dicimus: ac si hic, a iudicio demandato, dicitur. Ego pro meo sensu adderē, non quod, sed quia, ut quia tu humiliasti, quia tu mādasti. Exaltare autem, seu eleuare, siue leua, æque est æquiuocum ad leuādū, & ad uastandū, quod & in statu absoluto hic ponitur potēs significare, ut dñs uastationē mittat in iras inimicorum, hoc modo: eleuare in iras inimicorū, id est, fac uastitatem & destructionē irarum, quibus fremunt in me tribulatores mei, scilicet Absalom cū suis. Ad idē redit, quod leua, seu eleuare, seu exaltare dicitur, uult enim dicere: leua, id est, fac ut leues, & mitras super eos manū tuam, in furias eorum, omnino eodem sensu, quo psal. cxxxviii, dicit: Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me, & super iram inimicorum meorum, extends manū tuam.

Et suscita ad me, Vbi pro, ad me, nos habemus, domine deus meus, quia sine punctis potest legi, uel, deus meus, uel, ad me. Et suscita pertinet ad eū qui excitatur & expergiscitur uelut a somno, sicut & alibi dicit: Exurge, quare obdormis domine?

A iudicio

A iudicio, seu, ut nostra habet, in praecepto, mihi intelligendum iudicio, a quo iudices & rectores nomē habent, de quo psalmo primo dicitur: Non surgent impij in iudicio. Et psalmo. cxxj. Illic sederunt sedes in iudicio, ut sit a iudicio idem quod propter iudicium, seu causa iudicij, sicut psalmo dicitur: A templo tuo, quod est in hierusalem, tibi offerent reges munera (id est propter templum) Quo modo & psal. iij. A tempore frumenti & vini sua multiplicati sunt, Qui usus huius literæ, Mem, seu propositio, a, uel ab, commo- nō rationali apparet æquivalere ad sensum illius psal. lxxx. Quia propter quod mandasti, & iudicium deo iacob. Sic & hic, a iudicio, id est, quia iudicium quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed dñi, Et infra, ut iudicium & causam dñi iudicaret habitatoribus eius praeceptum, Ita propter iudicium ad se exurgere petit, ut non praeualeat impij, qui magis tyrannidē suā, quā iudicium dñi agunt in populo. Facile autē est hoc sensu accepto, per praeceptum, quod per iudicium intelligere, quia in iudicio praeceptum dei exequuntur iudices, quod tyranni potius subvertunt, ut dictum est.

Esto ergo sensus, hac grammatica adiutrice: Surge domine, & iram tuam ostende, ne diutius ista patiaris, occurre furori persecutorum meorum, & iram tuam super ferocitatem eorū extende, ut impetū eorū in me extinguas. Expergiscere tandem, & recordare mei, & id peto, non propter me, sed propter iudicium, ne omnia temere uersentur, & confundantur, dum nō est, qui res administraret, praeferim, quando te ordinante, & mandante, res administrantur. Hac grāmā, Nūc Theologiam consulentes, quarimus: Cur praeceptum iram dei inimicis, & arroget rursus regnum, qui huculq; tam promptus fuit, lo carere, & inimicis benefacere.

Contra tyran-
nos orare pos-
sumus, data
deo gloria &
iustitia.

Primo, postq; in timore & humilitate se, suaq; obtulit certum est, non malo animo hanc orationem fieri. Deinde data deo, gloria, & iustitia, secure contra eos orat, qui tyrannidem ui occupant: Timor enim dei facit, ut iuste diuiniū mandātū exequat, quo sibi regnum, & iudicij administrationē, mandata no- uit. Adde, quod non sua quarit, sed quæ dei sunt: quia tu (inquit) mandasti, ut officium in populo agerem iudicij. Ideo, non regni, sed iudicij uocabulum ma- luit ponere, ut causam dei se agere, & nō pompam, sed opus se petere ostendat. Qui enim Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Quomō male
precandū im-
pijs.

Prouocat autē iram dei, non q; oportet illos perdi, sed iuxta ea quæ psalmo praece- dente dicta sunt, ut iram dei sentientes, & deo eis repugnante, eorumq; cona- tus irritos faciēte resipiscant, & sani fiant: quam nisi senserint, procedūt in sen- sati sua peccata augentes, pios, piorumq; studia, ipsa etiam dei mandata, sine fine persequentes, deo obsequium, se facere arbitrātes. Quomodo enim pio- rum Ecclesia in mūdo subsisteret, nisi tandem super impios iram suam manife- staret, & iudicium faceret in opis, & uindictam pauperū: Itaq; ut ipse conuul- saret, ita rursus mitigat fluctus eius, ponēs mari terminū, & dices: hucusq; uenies, & hic frangent in te ipsum tumētes fluctus tui, ut in lob scribi- tur: qui suscitāt impiorū ferociā, rursus idem eandem compescit, quo ostendit iram suam, q; non placuerit ei, illorū malitia.

Tria ergo petit: Primum, ut surgat, & iram ostendat, subtracta uoluntate, in qua, illi prae sumūt. Secundo, ut furias illorum pramat, & conatus pessimos subuertat. Tertio, ut ad eum reuersus, iudicium dei restituat, Et hoc non, quia meruerit, sed quia nō solum promiserit & fecerit, sed & mandauerit, tam nihil querens,

quærens, nisi ut ueritas dei stabiliatur, & mādato eius satisfaciat, quod nisi esset, libens illorum furori cederet. Et hic iam incipit tentationis affectus, peracta caligine tribulationis, rursus respirare in fiducia dei misericordiar, ut & nos ita facere discamus, in nostris tribulationibus: Exemplo enim nobis hæc & gesta, & scripta sunt.

Et synagoga populorū circūdabit te, & ppter hāc in altum regredere.

Hoc uerū (ut cepto nostro sensu perseueremus) ostendit Dauid nō pro se sed pro populo, sollicitum esse, primū enim petijt in iudicium restitui, nec sui nec populi respectu, sed solius dei intuitu, qui sic mādarat, ut primo dei in hoc uoluntati seruiret, iam a charitate dei descendit in charitatem proximi, ut horum rursus circūdet me, mihi adhæreat, mihi subijciatur (nam optatiue loquitur per futurum indicatiui, Sicut gloriatur psal. cxliij. Qui sub dīs populū meū sub me) hoc enim in eorum redūdāt salutem, si tibi obediērint, qui me illis de dīsti regem, ne erent sicut oues sine pastore, ne sicut populus sine duce cūlī bet latroni expositi sint: Si ego indignus sum, tu tamen dignus es cui obediā am, & illi digni ne propter me tradantur in direptionem, & dispersionem: Sed rursus me in caput restituito, colligas dispersiones Israhel (psalmo. cxlvj) & membra ad corpus suū. Ita enim pius rector populorum, quantum ad se pertinet, libens omnia amittere, tantum deo & hominibus debitum optabit implere, & si mala metuet in populi periculum, & perditionem redūdare, Huius exem Exēplo Atha
naſij & Hila
rij orādum.

pli finge, uel sancti Athanasium, uel Hilarium, aut similes tempore Arrianis
factionis in exiliū eiectos de sedibus suis: nam nostro seculo, non uideo unde
possit peti exemplum, quando nulli committere audent, quo digni fiant eie
ctione. Hī ergo sancti patres, ut ab ambitionis nequitia fuerunt alienissimi,
ita (ut ipse Hilarius confitetur) debito compositi sacerdotij, oprabant Arrianis
deiectis in sua sede ministrare deo, & populo per uerbi ministerium prodesse,
sua uero absentia, populis sibi creditis, misere & anxie metuebāt a lupis hære
ticis, & uerbo dei uim fieri amare ferebant. In horū persona, si hos uersus ores,
& exemplū Dauid uidebis, & apte ad affectū uerba quadrare experieris. Eſset
idem exemplū, si quis Episcopus, uel prelatus ab ipso alienaretur, pesti
sui excommunicaretur, uel deſceretur, & populus ab ipso alienaretur, pesti
feris susationibus, detractionibus, mendacijs seductus. Nam ut alio malo non
periclitetur populus, certe calumnia & detractione prelati sui boni uiri ad
mendacium, & odium ueritatis animaretur. Qualibus totum Israhel subuer
sum, & sui causa perditū, tantis æstibus Dauid ingemiscit, ut irā dei in illorum
furorem inuocet, necessaria certe pro populo seruādo orōne. Melius enim est
etiam perdi illos impios, q̄ populum in impias opiniones induci. Cum Apo
stolus etiā anathema esse uelit, q̄ Galathas a ueritate deturbassent.

Mire autem temperauit uerbum, ne diceret, circūdabit me, sed circūda
bit te, hoc est, congregabitur tibi. Vbi nō modo id indicat qd̄ supra diximus,
iudicium non hominis, sed dei esse, quod præcipiente deo geritur. Ideo nō ho
minibus, sed deo cōgregātur, qui ad ministranti homini in opere dei congre
gantur. Verum & illum tropum refert, ubi dominus in scripturis, sapius scri
tur in medio populi sui, Sicut psal. xlv. Deus in medio eius non cōmouebitur,
Et. ij. Cor. vj. ex Leuit. xxxvj. Et inambulabo inter uos, & erō uobis in deum,
& uos eritis

& uos eritis mihi in populum, Aptissime sane sic loquitur pro hoc integro
 Nam Absalom & qui imitantur eum, non id quærunt, ut charitate seruiant
 sed ut potestate dominentur, non ut populum ad deum, sed ad seiplos congregent.
 Ipsi uolunt esse Idola, quæ circumdantur a populis, non enim dei gloriam in
 populi salutem, sicut decet fideles mediatores, quærunt, sed suam tyrannidem.
 Quare hoc uersu percutit omnium illorum arrogantiam & ambitionem, qui pro
 populo tantum, ut suo commodo principentur, præsumunt, id ne fiat, tam pie de
 dæter orat uir dei electus. Quod malum certe in Ecclesia hodie supra modum
 grassatur, irascete deo, dum celsuras hominum longe supra minas dei timeamus,
 & præ personarum respectu, deum penitus non uidemus.
 Ita & illud, propter hanc in altum regredere, seu, ut heb. habet, reuertete. Non
 dicit, repone me in altum, sed tu reuere in altitudinem, non, inquit, propter
 me, sed propter synagogam populorum: Huius enim me miseret, huius calumnie
 seductionem indigne fero, pro hac oro, non pro me. Vide ergo, sicut supra
 amore dei, pro iudicio quod deus madauit, præcatur: Ita hic in amore fratrum
 præcatur, pro eorum salute, utrinque pie sollicitus, ne deo non fatiatur, & ne ho-
 mines pereant sui causa, ut stet officium dei, quod populos regat, & obedi-
 tia populi, quæ obtemperet, nequæ sit, aut populus sine deo, aut deus sine po-
 pulo, O uocæ pontificibus, pastoribus, rectoribus, magnatibus cõmendandam,
 memori mente tenendam, & fideli studio obseruandam. Quando autem deus de
 seruit altitudinẽ, ut necesse sit ei ad eam reuerti? Quoties uidelicet, ambitio-
 nis in loco dei sedet, nam hic dum populũ dei sibi subijcit magis quæ deo, certe
 quantum in ipso est, extollitur (iuxta Paulum) supra omne quod colitur, aut,
 quod dicitur deus; Atque hic est antichristus, quæ si in Ecclesia cõtingat omnes
 pontifices esse ambitiosos, & in populum dominari, sibi quæ populum subijcere,
 non Christo, Quis dubitet tum Antichristum regnare: Reuertitur autem deus
 in altitudinem, dum deiectis ambitiosis Absalomis, rursus constituit iudices
 sicut antiquitus, qui populum deo congregent, dei præcepta doceant, tradi-
 tionibus hominum postremo loco habitis.

Deus locum
 suum deserit.

Nota.

Oratio ido-
 nea pro pon-
 tificibus.

Nota præbia-
 torum indigni-
 tatem.

Nec miretur quisquam, id esse in altitudinem reuerti, quod est suum iudicium,
 suam potestatem, suum officium, suum ministerium resuscitari, quando in spiritu
 prophetam loqui scimus, ideo de spirituali exaltatione dei intelligendum, qui
 exaltatur, dum nos ei subijcitur, uerbum eius audimus, opera eius uidemus, & hæc
 omnia ministerio hominum. Quare hic psalmus est oratio longe omnium affectuosissima
 ma pro pontificibus, bonis rectoribus impetrandis, quæ utinam hodie per Ecclesia
 Christi dignis uerborum affectibus singuli oraremus, neque enim unquam fuit tanta hæc
 orandi necessitas. Quid enim hodie in Ecclesia uidemus quod his uerbis respondeat,
 ubi sunt quæ populũ ad Christum eo studio promouent, quod ad seiplos? Quis tanta cura
 satagit, ut magis deum timeant Christiani, quam potestatem pontificum? In peccatis
 deum offendentibus, secrete etiam ridemus, in offensis pontificum, nihil non furia-
 rum intetamus. Deinde ad nostras pompas, ad nostras ceremonias, ad nostras
 potestates, ad nostras leges cogimus; Sed ad uerbum Christi, ab charitate spiritus,
 tantum abest, ut congregemus, ut summo studio etiam laboremus, ne popu-
 lus Christum, & ueritatem intelligat, neue aliqui cõcordes sint fideles Christi,
 præsertim principes & reges, donec id ausi simus docere; Esse scandalosum si
 uulgo sincera pietas Christi tradatur, scilicet, quæ non sit (nostro sensu) res par-
 uis periculi, si populus sincere Euangelium pernoscat, si uerbum dei, uerbis ho-
 minum præferat, si recte pietatis opera puerilibus operum speciebus præligat,
 Nimirum

Nimirum q̄ hinc fames & penuria nobis sint occurrura, aut certe p̄p̄a, quam ex mundo rapuimus, ruitura. Breuiter tempora illa periculosa hodie aguntur, in quibus, non deum, sed hominem adorare cogimur.

Dominus iudicat populos. Iudica me dñe sc̄d̄m iusticiam meam, & sc̄d̄m innocentiam meam super me.

Hic plane se ipsum reddita ratione exponit: quid uoluerit intelligi per regressionem dei in altitudinem, per iudicium diuinitus præceptum, per congregationem populorum circumdantium deum. Cur (inquit) non ita loquar: Non nos sumus, qui regimus, qui iudicamus, qui loquimur, dñs iudicat populos, ipse solus est iudicium in populis, ipse loquitur, ipse iudicat, ipse facit in nobis omnia. Non dominabor (ait Gedeon iud. viij.) uestri, nec dominabitur in uos filius meus, sed dominabitur uobis dñs. Ecce uir sanctus, nō ad se admisit congregari populum, etiā postulatus, sed ad dominum eos reduxit. Contra. j. Reg. viij. dixit dñs ad Samuelem: Non te, sed me abiecerunt, ne regnem super eos. Non q̄ malum esset regem petere, uel habere (nā postea ipsemet, dedit eis reges) sed quod affectu cæco magis in regem hiabant, q̄ in deum, qui non id quaerebant ut per regem ad deum raperentur, idonei scilicet, quos tyrannus ediuerso sibi, nō deo subieceret, sicut & in Saule eis cōtigir, quem petebāt. Ex quibus oibus patet, q̄ sit manifestus furor dei, quādo ipsemet nō iudicat, seu non regit, sed sinit Absalomos ambiciosos iudicij locum tenere, ut digni nō si mus uerbū dei audire, nec opa eius uidere, sicut prædixit Luca. xvij. Venient dies qñ desyderabitis uidere unum diem filij hominis, & nō uidebitis.

Quo tēpus furoris domini cognoscēdū.

In hebræo futurum est, iudicabit populos. Q̄ uel optatiue per modum precationis intelligi pot̄ in hunc modum: Obsecro, ut tu sis iudex populorum, ne finas homines iudicare, & populum tuū seduci hominum uerbis & operibus. Vel assertiue per modū spei suā precationem exauditā fidentis, q̄ d̄ mihi placet, in hūc modum: Confido, & certus sum me exauditū, ut rursus tuum uerbum, tuum opus, tuū iudicium, populum cōgreget, quē impij illi suis uerbis & operibus dispererunt, & tibi subtraxerūt occasione mei.

Ideo postq̄ eam dei, & populorū egit, nouissime agit & suā, orans, ut innocentia sua manifestet. Sigdem nec dei, nec populorū causa resarciri potuisset, nisi, deiectis impijs, innocētia sua defensa fuisset. Ita necessitas gloriæ dei & salutis populi cogit, ut & suā causam iustificari petat, q̄ diu enim ipse damnatur inique, tādū necesse est, nec dei iudiciū, nec ppli obediētiā uera esse, cū inique damnatū nō audiāt, audiāt aut̄ iniquos illius dānatores, & persecutores.

Orāus deus ut iustificet causam ueritatis.

Ita uidemus non satis esse, si quis ob iustam causam, ut pro ueritate patiat, sed sollicite oportet orare, ut deus iudicet, & iustificet causam ueritatis, nō pro suo ipsius commodo, sed pro ministerio dei, & populi salute, quorū salus sine periculo non est, nec sine tua culpa, si stulta humilitate, pro ueritate & iusticia tua seruāda, aut resuscitāda, nō ores sollicite. Nam nō tantū curare debes q̄ humilis & abiectus tu esse possis, q̄tum ne populus a ueritate & iusticia simul alienetur, & mēdacijs ac iniquitate illa quiet: Ferenda sunt mala, & iniqua, sed sic, ut charitatem in alios nō amittas, quæ sollicita sit, nō quō tu surgas, sed quō illi non scādalisent, & pereāt, p̄pter fratres meos (in q̄) & pximos meos, loquebar pacē de te, Sic Paulus gratias agit deo, q̄ uincula sua nō modo nō fecerint Euāgelio impedimentum, sed etiā promouerint.

O ij Dicit

Dicit ergo, cum tu sis iudicaturus populos, & ad te solum id pertinet, ut id ipsum eo felicius procedat, & tu rursus in medio eius eris, sicut oratio innocentiā meam, ostensurus quod uerba maledica huius Aethiopiae leuē falsa & mendacia sint, ne iudicio huic tuo, & populorum saluti, quid obstat false criminata iusticia mea.

Diximus autē psal. iij. aliud in sacris literis esse iusticiam meā, & iusticiā dei, quod illa sit causa cuiusque propria iusta, qua corā hominibus, & in cōscientia sua irreprehensibilis, licet corā dei iudicio nō sufficiat. Hęc uero, sit gratia & misericordia dei iustificans nos, etiam coram deo. Ideo uigilanter addit, Mea, ut non pareat eam ab illa, de qua in fine dicit: Confitebor dño scđm iusticiam eius. Si tribuit forsitan iusticiā suam, & innocentiam suā ad duo illa superiora. Si iusticiā istud, si est iniquitas in manibus: quæ illi Semei obiecerat. Ut iusticia sua sit, non esse reum sanguinis Saul, quin potius nō reddidisse retribuentibus mala, nec dimisisse uacuos hostes. Innocētia, seu integritas, seu simplicitas (hęc enim uerba sonat) sit, nō inuasisse regnum Saulis auctoritate propria.

Quid autē illud super me? Hiero. trāsfert: Quæ est in me. At cuius iusticia nō est in ipso? An forte hoc addit maioris discriminis gratia, quod iusticia dei qua iustificatur corā deo, nō est in nobis, sed in deo, & extra nos: ut scilicet nulli relinquere ansam inslādi sui ipsius de iusticia propria corā deo. Et si propter aliorum salutem innocētia debet corā hoibus iustificāda quærī, ut dictum est,

Consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes deus iustus.

Iterum interpres uariat more suo. Nam quod psal. v. malignū trāstulit, dicens: Neque habitabit iuxta te malignus, hic trāsfert nequam, seu nequam. Et quod psal. j. impiorum, hic peccatorum reddit. Quid autē sit impius, impietas, malignus, malignitas, abunde psal. j. & v. dictum est. Præter hęc, Iatinus interpres iustum in fine uersus abstulit, & sequenti adiecit contra hebræum & græcum, nec sine improprietate, dicens: Iustum adiutorium meum a dño. Quasi a dño adiutorium aliud iniustum, iustus habere possit.

Hebræus ita & Hieronymus: Cōsummetur malū impiorum, & cōfirmetur iustus, probator cordium & renum deus iustus. Docet autē hoc exemplo, & nos magis oratione apud deum cōtra impiorū malignitatem, pro iustorū innocētia agere, quod propriis uiribus, & tumultu. Alia enī quod impij ratione nos pugnamus, illi uiribus ac tumultu, nos oratione, uerbo, & patientia. Cōsummetur (inquit) quod sonat, finiatur, deficiat, cesset, ut psal. ciiij. Deficiant peccatores a terra, & iniqui, ita ut nō sint. Cui per Antithesin cōtrarium precatur, ut cōfirmetur iustus, id est, prosperetur, dirigat & stabilizetur, eo magis quod impij cōsumuntur. Nec absurdū esset, si iustū, in neutro genere contra nequam impiorū in abstracto pro iusticia, uel re iusta, seu causa iusti, acciperetur. Quo modo Ro. viij. Apłus dicit: Pro iusto uix quis audeat mori. Verum hęc sunt parui momēti.

Intelligendus autē est Dauid, & hunc uersum nobis in exemplum sic orasse pro instituēdo recto affectu. Nō enim uindictæ studio, sed zelo charitatis dei, & hominum, quo & præcedētes, orauit. Qui enim uindictæ cupidī sunt, non nouissimo loco, sed primo petunt aduersariorum casum: Hic autē primo loco sollicitus fuit pro deo, deinde pro populo, & sic ordine uenit ad suam causam, ac nouissimo

ut pij ac im-
pij diuerse pu-
gnent.

ac nouissimo ad aduersarios: quos ideo finire optat, ut dei ministerium, & po-
puli salus non periclitentur, ut diximus. Quod periculum tolli nō possit, nisi
impiorum malignitas finiat, & causa innocētiae iusti iudicata firmerur, idq;
iudicante, & uindicante deo. Quare sicut malum impiorum fuit tempore
Dauidicæ tribulationis, tyrannis Absalom & suorum, iustitiam opprimen-
tium, ita in Ecclesia cuiuslibet inique oppresso, malum est sui Absalomi uis,
& tyrannis quam patitur.

Renes & corda nō dum habuimus, frequēter in scripturis memorata, & hic *Renes quid si-
gnificent.*
semel tractanda. In Leuitico, cap. iij. de hostijs pacificis erudiēs sacerdotes, fere
totū de renibus, seu renunculis, reticulis uitalium, & adipe & pinguedine inte-
stinatorum sacrificium absoluit. Ex quo loco uerisimile est, desumptā tot locis,
renum memoriam, proinde ad naturam eundem. Dicant Physici, renes duos *Nota Physicā.*
lumbis adhaerere, & hos esse libidinis & uoluptatis organa, sicut cor pauoris
& fidutiæ, splenis risus & lætitiæ, iecur seu epar, amoris & odij. Vnde & ren a
græco uolunt dici, qd̄ suo significat, quod e renibus obscœnus libidinis
humor fluat. Ita & lumbi, in qbus regnant renes, sustinent libidinis infamiam
p scripturas, ut ibi: Sint lūbi uestri præcincti. Et erat (heb. viij.) Leui in lumbis
Abrahæ patris sui. Et, de femore iacob (Gen. xlvj.) sexaginta animæ egressæ
sunt. Perspicuū est ergo, per renes intelligi delectationes, seu uoluptates, quas
oporteat offerri deo, per mortificationē crucis. Easdem uel lætitiæ carū sotias,
significat & reticulum iecoris, & omnis adeps, q̄ omnis lætitiæ, oīs amor, cum
uoluptatibus offerēda sint deo, nec in ullo lærandū, delectādum q̄, nisi in deo,
qui & solus amādus est. Sic Leuit. iij. dicit: Omnis adeps domini erit iure per-
petuo. Quod Paulus, Mosi uelamen tollens, sic dicit primo Thessal. ult. Gau-
dete in dño semper, iterum dico gaudete. Sic & Dauid eodem spiritu Mosen
intelligens, adipem ostendit significare lætitiā, psal. lxxij. Sicut adipe & pin-
guedine repletur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Igitur
iecur, renes, adipem, pinguedinem, reticulum offert deo, qui amore, libidine,
delectatione, uoluptate, lætitiā, terrenis & corporalibus mortificatis, deū amat,
deo fruit, in deo delectatur, lætatur & in ijs quæ dei sunt. Qd̄ sacerdotibus lex
præcepit, id est, omnibus Christianis, qui sunt genus sacerdotale & regale sa-
cerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. *Oēs Christiani
sacerdotes*

His cōsentit nunc beatus Aug. qui ubiq; per renes intelligit delectationes.
Recte (inquit) temporalium & terrenarum rerū delectatio renibus tribuitur,
quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est, ubi carnalis generationis
uoluptas habitat, per quam in hanc erumnosam & fallacis lætitiæ uitam, per
successionem proles, natura humana transfunditur.

Cor uero, quia domicilium est sensus, significat consilia, studia, mentem, *Cordis signi-
ficatio.*
iudicium, opinionē, affectum, cogitationes, æstimationes, & his similia. Ideo
prius cor, q̄ renes, quod uoluptas & quæritur per opiniones & sequitur, &
quisq; his delectatur quæ sibi bona iudicauerit, si obtinuerit. Hinc sapiētia car-
nis inimica deo ab Apostolo Ro. viij. dicitur, quod quærat uoluptates illi con-
trarias, his rapiatur, & his afficiatur, quæ prohibuit deus. Sensus ergo est, q̄
omnium cogitatioēs & delectationes, omnium desyderia & uoluptates, deus
solus scrutatur, nouit, examinat & probat. Quia ipse est spirituum pōderator:
Prouer. xvj. Hæc grammaticæ. Cur autē hæc uoluit hoc loco dicere: aut qua
coherentia conueniunt cum præcedentibus? dixerat: Deficiat malignitas im-
piorum, & procedat causa iusti. Verum quia alia sunt hominum iudicia, &
O iij alia dei,

alia dei, immo contraria. Coram hominibus, qui uident ea quae patent, Dauid
 auctoritate Absalom & Semei, uir sanguinum, & reus malorum iudicatus.
 Toto corde (Ingt. ij. Reg. xv.) uniuersus Israel sequebatur Absalom. Ita Absalom
 fulgebat, & iustus, rectus, bonus erat, in omnium oculis: Dauid sordidus
 impius, malus & noxius erat. Itaque cum sit potentissima tentatio de rebus
 uniuersis ad aduersariū congregatis, necessitate prouocat ad dei iudicium
 iudicat scđm cor. Et hoc consilio sese solatur & confirmat spem suam, reus
 & bonam de deo opinionem capiens, quasi dicat: Et si omnes me deseruerint
 Absalom autem oēs confugiant, ille confirmetur, ego cōsummer & desecra-
 Tu tamen dñe cum sis deus iustus, aliter qđ homines iudicans, scđm cor & re-
 nes probans nos oēs, nosti qđ inique illi agant, cor & renes uides, qđ cogita-
 nes probans nos oēs, nosti qđ inique illi agant, cor & renes uides, qđ cogita-
 quid quarent, quo gaudeant, intelligis: Rursus, quid ego cogitarim & uoluerim,
 rim, non ignoras, licet ille adsit, mihi desit, species longe cōtraria cordibus &
 renibus, ideo oro, fac ut cōsummerur illorum malum, & mea prosperetur iusti-
 cia. Nam in hebraeo iste uersus manifeste est deprecatorius, cum ad aduersariū
 Na, quae transfertur per aduerbium o, uel obsecro, ut, consummetur obsecro
 nequitia, sicut psal. cxvij. Obsecro domine saluum fac,
 Erudimur ergo hoc uersu, quātumlibet uel multi uel oēs a nobis desecerint
 ad aduersarium, ne deficiamus in causa ueritatis. Nō enī hodie nouum, totam
 multitudinem cum uniuersis magnatibus errare & iniquam causam tueri. Ex
 si durum ac difficile sit hanc solitudinem ferre, cum hoc argumēto, stulti suam
 causam unice gloriantur inuictā esse. Verum deus uiuit, cuius iudicium appel-
 landum est & fortiter tenendum, qđ cor & renes ille probat, quia iustus deus.
 Quare nomen iustus oīno ad hunc uersum pertinet, cum in eo sita sit uis tota
 sententiā, & per Antithesin subnotet homines esse iudices iniustos.
 Sequitur ex his corda & renes dupliciter accipi, uel, ut sint non mortificata
 nec deo oblata, uel cōtra, per gratiā rectificata & purgata: Quia statim subdit
 de rectis corde, ostēdens quae corda deus probas & scrutās acceptet, dicens.

Adiutorium meum a domino, qui saluos facit rectos corde.

Hebraeus ita per Hieronymum: Clypeus meus in deo. Significat enim pro-
 tectionem ac defensionem. Et sunt uerba sese exhortātis, ad spem in deum ad-
 uersus contrariam multitudinē in hominibus protectoribus fidētem. Praeter
 tim aduersus uerba Semei, ubi dixit: Ecce praemunt te mala tua, & dedit dñs re-
 gnum in manu Absalom filij. Sit (inquit) ita, fidere uos in homine, qui scđm
 Epitafis ob-
 seruanda. laciem iudicat, ego protegi me cōfido a deo, qui scđm cor iudicat. Quare Epitafis
 talis, in pnomine Meum & Domino, eleuāda est cōtra pronomen, uestrum,
 & ablatiuum homine. Adiutorium uestrū in homine, meum in dño. Sic enim
 & nobis faciendum est hoc exemplo in casu simili. Altera quoq; Epitafis simi-
 liter eleuāda est, in pronomine Qui, & accusatiuo Rectos, hoc modo: Homo
 saluos facit prauos corde, deus autē rectos corde. Necessaria enim sunt haec uer-
 ba passis, ut talem de deo opinionem constātem sibi in corde erigāt, & seruent
 contra oīa argumenta aliud urgētia, ne deficiāt a spe diuini auxiliij.
 Quid autem sit rectum cor abunde diximus psalmo. i. in cōsilio impiorum,
 Recli corde
 qui sint. quod sit eius qui rectā opinionē de deo habet, qđ non suo sensu ducit, hoc est,
 qui credit & sperat in deum. Sola fides enī rectificat, purificat, firmat cor, recta,
 uera, sancta q; opinione dei, Et apte facit ad propositū (cū Semei maledicta sua,
 etiam

etiam autoritate domini niteretur pbare, recte Dauid expulsus, & Absalom ingressum quo ostendat, q̄ solcant se prauicordes specioso furo honestare, & rectos corde uituperare: praesertim accedente populi plausu.

Deus iudex iustus & fortis & patiens, nunqd irascet p̄ singulos dies? Aliter in hebræo habetur. Deus iudex iustus & fortis, indignas̄ tota die. Et quod fortis dicitur, nomē dei est q̄d. El sonat, ut rectius diceret: Deus iudex iustus, & deus indignator tota die. Quare & patiens superadditum est. Quasi tuum, nunqd, cum usitata distinctione uersus, interpretis est, nō textus.

Ad eo autem profecti spes Dauid in tentatione ista, ut iam non solum non dubitet se exauditum & liberandum, sed etiam aduersarios moneat timere iudicium & uindictam dei: Deinde denunciaret eis in caput eorum uentura quæ cumq; in ipsum machinati sunt. Et q̄ quis hæc post tērationem ceciderit, ut possit uideri, ex euentu ipso suæ tribulationis doctus, tribulatis solatium, & tribulantibus iram proponere, aliosq; suo exemplo, & suorum aduersariorum periculo, docere, tamen credendum in ipsa re media, ut iam non solum non postea hoc carmine in publicum traderet: Nec enim unq̄ de deo desperauit, ideo cognouit fore, ut inimicis suis ista euenirēt. Sicut & modo & semper qui liber iustus uidens impios iniqui in iusticiam grassari, cum fiducia & cogitat & dicit, deum quem iustum iudicem cognoscit, hæc nō passurum. Sicut dicit psal. ix. Patientia pauperum non peribit in finem. Atq; id nō obscure indicat, quando in eadem historia Dauid tā sollicitē mādabat, ut seruaret sibi puerum Absalom, scilicet sciens & metuens ne in caput eius malum redundaret, sicut & contigit, & hīc omnibus illius imitatoribus prædicit.

Audiamus ergo cōcionatorem aduersarijs impijs quæ p̄nunciet pia sollicitudine cupiens eos a periculis eruere, & uere bonum pro malo reddens. Hoc fecitote, inquit, deus iudex est, sed iustus, nullius respicit personā, nec multitudine mouetur, nec hominum laude fallitur, nec specie capitur, nec fauore mundatur, nec munere corrumpitur. His enī homines redduntur non solū iniusti iudices, sed etiam iusti iudicis dei cōtemptores, dum placere hoibus satis esse putant. Rursum, nō damnat p̄pter homines solitariū, uituperatum, maledictum, oppressum, pauperem, & contemptum. Breuiter, uel hoc solum uerbū (Deus iudex iustus) potens est, si digne p̄setur, humiles consolari, & sup̄bos terrere, quod in Christo patiēre multū ualuisse, Petrus, i. Pe. ij. restatur, dicens: Tradebat autē iuste iudicanti. Qui enī hoc uerbum cogitat, facile ponit uindictam, quin miseretur aduersariorum quoq; q̄ in dei iudicium incurrant.

Et fortis indignatur tota die, id est, assidue, ne putetis impij propitium esse uobis deum, quia eleuamini & potentes estis in iniquitate: Scitote & credite, aliter habet, q̄ apparet, deus iratus est, derestatur uos, indignatur, comminatur (hæc enim omnia hebræum uerbum significare dicunt) quotidie. Hæc necessario impijs dicuntur, quia non sentiunt iram, nec credunt, nec timent. Verba enim sp̄iritus sunt annuntiata de re absente, & nō apparente, per fidem apprehendenda. Nostra translatio uidetur omnia inuertere, priorē partem ad impios, & posteriorem ad pios aprans. Nam iustum ac patientem deum intellegimus super malos terēdos, non autem irasci per singulos dies super bonos consolandos: luxta illud psalmi. cij. Non imperpetuum irascetur, neq; in eternum comminabitur. Et. xxxvj. Et non dabit in eternum fluctuationem iusto. Sed hebræus aptius concordat sequentibus.

Quare Dauid
Absalō serua
ri mādabat.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit: arcum suum tenet, & parauit illum.

Hebræi sic: Si non conuertet, gladium suum acuet. Quamquam & qui acuit, expolit gladium, reddit eum uibrantem, ut non longe distet acere & uibrare. Illud, si non conuertet, dubium est, an ad dei comminationem, uel ad impium conuertendum pertineat. Licet Hieronymus referat ad conuertendum, dicens: Non conuertenti gladium suum acuet. Forte absolutum uerbum est, uel: Si non conuertet, id est, si non erit conuersio. Verum siue dicas, nisi conuersi fueritis, siue, non conuertenti, siue, si non erit conuersio, nihil perit sen eorum, quam potius uideamus.

Propheta ex crassa & humana similitudine desumit pro terrore incutendo doctrinam, quia contra insensatos & induratos loquitur, qui iudicij diuini seueritatem (de qua prædixerat) non capiunt, nisi humanæ seueritatis usu indicant. Ideo non uirgam, non baculum, non denique ullam adducit inter homines disciplinæ seueritatem, nisi eam quæ mortem infert, gladium scilicet, & arcum, ut inculcet æterni iudicij, æternæ mortis, æternæ seueritatis sententiam. Quid enim gladius dei est, nisi uerbum iudicij æterni? De quo ad Hebræos. iij. Uerus est sermo dei, & penetrantior omni gladio bicipiti, qui dicit: Ite maledicti in ignem æternum. Gladij enim uocabulum scindendi, & interficiendi opus consignificat, præsertim cum ad id acui, & uibrari dicatur.

Gladius dei
quid.

Dura ceruix
impietatis.

Ad eosdem insensatos pertinet, qui non contentus gladij intentione, addit & arcum, nec arcu contentus, sagittas enim describit, adeo dura est ceruix & frons impietatis, ut tot comminationibus opus ei sit, nec sic tamen mollescat. Idem autem est arcus quod gladius, uerbum scilicet iudicij, per aliud, & aliud repetitum & significatum. Quid dicit parauit illum, idem est uerbum quod supra dirige iustum: ut arcum paratum intelligas, tensum & directum ad iam iam feriendos impios, sicut gladium uibratum ad scindendos.

Pulchre autem his uerbis iram dei proximam super impios describit, quod tamen non intelligunt, donec senserint. Quid enim profuisset Absalom & Achitophel, si multa milia annorum in sua malitia præualuissent, & tandem subito gladio iræ dei in æternam mortem abscissi fuissent? Nihilominus repente & proxima eis fuisse ira uideretur. Ita Ecclesiast. v. Ne dixeris peccauit, & quid mihi accidit triste? Misericordia enim, & ira ab illo cito approximant, & in peccatores respicit ira eius. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in die uindictæ disperdet te. Et psalmo. xxxij. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Vas instru-
mentum he-
braismo.

Perstat in similitudine, sed apte simul æternum cruciatum exprimit, qui est mori & ardere. Vas hebraismo, significat omne instrumentum generali uocabulo, omnium rerum, ut psal. lxx. Confitebor tibi in uasis psalmi, id est, instrumentis musicis. Et Ezech. ix. Et unusquisque uas interfectionis habet in manu sua, id est, instrumentum mortis, seu, ad interficiendum. Sic Act. ix. Paulus Apostolus, uas electionis dicitur, quod ab ignaris hebræi idiomatis non intelligitur idem esse, quod latine instrumentum electum, quod scilicet, eo uoluerit Christus

IN PSALMUM VI.

Christus uni ad gentes conuertendas præ cæteris Apostolis. Illi uero q̄ solum
recepit in se gratiã electionis intelligit. Cum data opera addiderit Christus,
ideo uas electionis eum fore, ut portaret nomen suum coram gentibus & filiis
Israël, & multa pateretur propter uerbum Christi. Ita hic uasa mortis, tela, iacu-
laq̄ mortifera, idiomismo eodem dicit, ne insensati uilem hãc comminationem
haberent, si uasa simpliciter, aut ludi, aut uenationis diceret, sed ut terrore mor-
tis temporalis æternæ mortis terrorem concipiant.

Sagittas suas ardentibus effecit. Per Auxelin adiecit: Et uasa mortis, uel ex-
ponit, uel repetit. Ne iterum leuiter sagittas ducerent, pessimas & mortiferas
intemat, pulchre seruans grande dicendi genus, quod augustinus & potentibus
uerbis constat. Hieronymus sic reddit: Sagittas suas ad comburendũ operatus
est. Nostra translatio obscure ac pene barbare loquitur. Quid enim est ardenti
bus sagittas efficere? an, ut ardentes ipsi faciant sagittas? Occasio fuit, quod plu-
rali numero hebræus dicit, וַיִּקְרַח Ledolkim, quod Hieronymus ad com-
burendum transtulit. Poterat sic dici: Et in eo parauit uasa ad interficiendum. Nam he-
bræum non potest ad uerbum reddi sic: Sagittas suas ad esse succedentes ope-
ratus est. Nec satis erat dicere: Sagittas suas ignitas fecit, licet de his loqueretur.
Quia uerbum effecit, seu operatus est, de quo psalmo primo diximus, hoc loco
וַיִּקְרַח paal ponitur, quod nõ fabri, uel artis, sed agentis & usus significationem
habet, ut significet tam uasa mortis iam parata, q̄ ignitas sagittas iam effectas,
deum uero illis sic uti, & agere, ut occidant, & succedant, quo præsentissimam
iram & seueritatem ante oculos ponat, iam enim agit ut moriantur & ardeant
impij, licet nondum moriantur, & ardeant.

Præterea dictio succedentes, etiam persecutionem & uastationem signifi-
cat, psal. xi. Dum superbit impius incenditur pauper, id est, patitur persecutio
nem. Summa est hæc: his nominibus mortis & ardoris, sine dubio æternam
iræ, & furoris, item argui & corripi, item erubescere & cõturbari. De his sagit-
tis & lob quaeritur, & alias in Psalterio uidebimus.

Quid illa in-
strumenta ue-
lint.

Obseruandum q̄ hucusq̄ non habuimus tantam in ullo psalmo aduersus
impios comminationem & indignationem, nec tanto uerborum textu in eos
inuectus est spiritus. Nam & in sequentibus eorum studia quoque recenset,
& non irrita modo, sed etiam in caput eorum reuersura ostendit, ut appareat
omnibus, qui uitam calumniarum patiuntur, in consolationem sui, quãto odio
sint præ cæteris calumniatores deo. Nam in calumniam (ut dixi) proprie hic
psalmus æditus est.

Ecce parturit iniusticiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Describit eorum studia maligna, nullis nisi suis autoribus tandem perniti-
ciosa, quæ appellat iniusticiam, dolorem, iniquitatem. Hieronymus sic: Ecce
parturit iniquitatem, & concepit dolorem, & peperit mendacium. Primum
uocabulum, quod iniquitatem uel iniusticiam iam diximus, hebraice est ipsum
פִּין auen, a quo superius psalmo. v. &. vj. Operarios iniquitatis dici audiui-
mus. Vbi simul dictum est, idem pro dolore frequentius transferri, ut psalmo
ix. Sub lingua eius, labor & dolor. Item psalmo. lxxxix. Et amplius eorum
labor & dolor. Vnde & hic dici potuit: Ecce parturit dolorem, Solent autem
hæc duo

hæc duo uocabula *Amal* & *Auen*, id est, labor & dolor, sere conueniunt, ut hic & iam dictis psalmis. Vnde rectius hic diceretur: Et concepit laborem; proprie enim significat laborem, a laborando, ut psalmo, cccvij. laborum laborauerunt qui ædificant eam. His in germanica nostra respondens uisitate, & simili uerborum numero & ualore. *Es ist muhde und arbeyt*, ut Auen proprie sit, *muhde* a fatigando, *Amal*, *arbeyt*, a laborando, ut laborum & difficultatem significemus esse in anxio cordis studio, & animi molestia contentione, fatigatione, lassitudine, tedio. Talem autem esse eorum uitam qui impie agunt, diximus: Quia nō est pax impijs, dicit dominus. Et requirit illam non habent, de qua Christus dicit Mat. xj. Venite ad me qui laboratis & onerati estis (Quasi diceret, *ig in auen & amal*, *yn muhde und arbeyt* etiam & inuentis regem animabus uestris. Adeo scilicet, presens est poena impiorum, ut eo ipso q̄ male agunt, affligantur, & inquietentur. Labor est (inquit) demum ipsa uoluptas, Et Plinius: Adeo omnis uoluptas assiduitate, sui fastidium parit. Et Augustinus lib. j. Confess. præclarissime dicit: Iussisti dominus, & factum est. Ita ut poena sui ipsius, sit omnis animus inordinatus. Et Sap. v. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus.

Non est pax
impijs.

Labor impio-
rū insigniter
fatigat.

Hæc autem poena, siue molestia siue labor, proprie & insigniter fatigat, quoties accidit industria, quæ data opera conatur cōtra pietatem sua stabilire, & (ut Apost. Ro. x. dicit) ignorata iusticia dei, suam statueret, hoc est, quæ in peioribus & spiritualibus negotijs exercetur. Ideo superius ad illos maxime hoc malum pertinere diximus, qui superstitiosa religione, idolatria, inobedientia, & a se reptis studijs, operibusq̄ iustificari satagunt, deserto interim mandato dei, uel etiam hominum, ad quod tenebātur. His enim, quia contra deum incedunt, & deus eis rursus contrarius est, necessario occurrit multa molestia, ut nihil nisi laborem & dolorem ex uniuerso quod agunt, reliquum habeant: Sicut erudite Eccles. in multis locis uocat uanitatem, & afflictionem spiritus. Cū interim ij, qui spiritu dei agunt, sinuntq̄ se dirigi, multa pace in deo fruuntur, etiā si quid triste patiātur. Igitur auen primo iniquitatem, hic iniusticiam, infra dolorem interpretari uidemus, quæ si in unum cōsistentur, reddent nobis malitiam illam, quæ id anxie agit, ut honesto titulo p̄ iusticiam & pietate habeatur. Vera enim impietas non eget labore, ut pietas sit.

Confidens in
dominum omni-
nia ridet.

Ita hic Dauid iam spe firmatus, & uictor tērationis suæ, calumniatorum & tribulatorum suorū uim & studia ridet, immo misereat̄ coram oibus, dicens: Ecce quo loco sint calūniatores mei uideat qui uolet quāta eos tenet miseria, quanto sint me incomparabiliter infeliciores: Non solū eis minatur deus afflictio, non solum eis instat gladius, arcus, uasa mortis, & sagittæ succensuræ, sed presentē etiam poena torquetur, & malitiæ suæ mercedem in seipsis recipiunt, dum solliciti sunt & æstuāt, quā nā ratione me opprimāt, & sese, me extincto, securos faciant, plus miseris est negotij quomodo me perdant, q̄ mihi quo periream, immo ego qui in dei uoluntatem me obtuli, securus omnia expecto, illi securi & quieti esse nō possunt, donec pariant, quod paruriunt, & impleant quod cogitāt, & tamen quia cōtra iusticiam & deum cogitant, frustra harum cogitationū doloribus & laboribus uexātur, cogitāt enim cōtra deum cōsilia (psalmo, xx.) quæ stabilire nō poterunt. Tangit autē illud quod, ij. Reg. xvj. & xvij. Absalom dixit: Inite cōsiliū quid facere debeamus. Vbi multis consilijs anxie res tractata fuit, quō Dauid occiderent, sed prorsus inuitis omnibus mirabil

mirabili dei consilio, non secus atq; Iudæi multo labore & dolore contra Christi
 sum egerunt, ut perderent eum.

semper (inquit Augustinus) inuenimus eos maiora supplicia susti-
 nere, qui faciunt, q̄ qui sustinere uidentur. Immo hoc in perpetrando quo
 uis scelere contingit. Latio quot insidias metuit, quam horam, quem locum,
 quem hominem tuto habet. Adulter quot timoribus discretiatur, quot ma-
 chinis utitur, anteq̄ semel pereat. Ita omni flagitio, præsertim calumniæ ma-
 iora sunt supplicia, q̄ comoda, ubi nihil nõ periculi, nihil non mali cogitur su-
 spicari miser, interim qui deo confidit, sicut leo impavidus & securus oia con-
 temnit, fretus optima conscientia ueritatis & innocentie.

Docemur itaq; hoc uersu amplecti optimã cõsolationẽ in pressura calũniæ,
 ut causã deo tradita, nõ tristemur, aut solliciti simus, nec tumultuemur, sufficit
 nosse, dei causam nos agere. In qua sic diuidamus cum illis passiones, ut ab
 ipsis externe uexemur, illi autem a seipsis interne, sint illi onus nostrum, dum
 interim illis non modo nos, sed magis ipsimet sibi sunt multo grauius onus.
 Vide ergo miseriam impiorum, & calumniatorum conditionem. Deus est
 eis onus, nos sumus illis onus, ipsimet sibi sunt multo grauius onus. Quis non horum ma-
 gis misereatur, q̄ impatiẽtius indignetur. Sane quilibet nostrum hac impis-
 imminere, & talia eos moliri nouit, quæ hic cõsentur, sed cum uenerit hora ca-
 lumniæ, non omnes in eadem scientia persistimus, nimium solliciti feliciter
 processura esse calumniatorum studia contra nos, quæ cõtra alios secure affir-
 mamus nihil promotura.

Videamus ergo uerborum proprietatem. Ecce, inquit, uelut admirans
 omnes ad spectaculum hoc insigne prouocat, quia longe cõtrarium sensibus
 apparet. Parturit dolore. Apte componit uerba, si q̄dem parturire, & ipsum
 est cum dolore eniti, quasi cum dolore dolorẽ meditari eos dicat, sumpta me-
 taphora, a mulieribus parturientibus, in quo pulchre studia anxia impiorum
 & calumniatorum depingit. Quæ sunt (ut dixi) multa cura & periculo sua con-
 tra ueritatem stabilire, ubi (ut ille ait) septem alijs mendacijs eget unum, ut ue-
 rum appareat. Et beatus Hieronymus: Multis eget falsitas, ut ueritas uideat.
 Et concepit dolorem, Videtur inuersa sententiã dicere debuisse: Ecce conce-
 pit laborem, & parturit dolorem, cum prior sit conceptus, q̄ partus. Hoc ideo
 mihi facere uidetur, ut impiorum & calumniatorum ingenium & prudẽtiam
 nobis deliniet, qui dum innocentiam festinant opprimere, impatientissimi
 sunt moræ, magisq; in hoc intenti, ut prius expleant animi sui malitiam, q̄ pru-
 denter consulunt, prius incipiant, q̄ deliberent. Non enim ratione & consi-
 lio, sed impetu & temeritate feruntur, ideo factum malunt, q̄ consultum. Ex-
 pleto autem flagitio, tum demum ineunt cõsilia, quibus recte factum queant
 tueri. Hic demum cõcipitur labor, & negotium iniquitatis malæ præsumptæ
 defendendæ suscipitur.

Sic Absolom postq̄ expulerat patrem Dauid & suum Auen parturisset,
 dixit: Inite consilium, quid facere debeamus. Sic Iudæi Christum prius compre-
 henderunt, postea quærebant falsa testimonia, quibus eum accularent. Sic om-
 nis calumniator suam Auen prius parturit, & proximo imponit, postea qua-
 rit, ut iustus aut securus p̄sistere possit. De quibus Prouer, xxx, Talis est uia
 mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suũ, dicit: Nõ sum operata malũ.
 Hæc parturitionem doloris, & conceptionẽ laboris, solemus germanice sic elo-
 qui: *Su richst, ein vngluck an / da würestu zũ schaffen haben. Et prouer-*
bialiter,

Maligni pera-
 petuis crucia-
 atibus tor-
 quentur.

Consolatio in
 pressura cal-
 umniæ.

Calumniatorũ
 misera con-
 ditio.

Anxia studia
 impiorum.

bialiter, *Supro* *est* *in* *vno* *würsts* *schwerlich* *vs* *essen*. Igitur & consilia
 & periculose incipiunt imprudentes Auen operari, hoc est, quod partum
 dolorem: & multo labore sudoreq; inceptum conatur tueri, hoc est, quod
 capiunt laborem. Quare optime docet malum ceptum ante consilium peccatis
 & stultitiæ debetur his calumniatoribus impijs, tam factum ante consilium
 q; consilium post factum, ut cum peruersis, omnia sint peruersa. Verum hoc
 ceptum laboris intelligamus simul fieri cum partu doloris. Sic enim loquitur
 impij calumniatores, dum aggre diunt malum suum: Agamus ubi factum fuerit,
 rit, erit, quod respondebitur, aut quo defendetur. Sicut Iudæi Math. ult. loquuntur
 quando custodibus pecunia corruptis, ne Christi resurrectionis veritas reuelaretur,
 dixerunt: Et si hoc auditum fuerit a præside, nos ei suadebimus, & seruamus
 uos faciemus. Vide, ut ibi concipiant laborem, dum onerant se futuris
 niendis malitiæ patrocinijs. Ita hic Absalom & sui parturiunt audacter Auen
 suam, quo aut consilio eam tueantur, nondum parturiunt, sed concipiunt
 cientes. Sicut Prouerb. xiiij. dicitur: Sapiens timet & declinat a malo, stultus
 transibit, & confidit. Quid autem ex eo conceptu pariant sequitur:
 Et peperit iniquitatem, Quod hebraice mendacium falsum & inane dicitur
 Quod ad propositum, optime quadrat: talia enim sunt consilia, defensiones,
 & excusationes impiorum post factum scelus, merx scilicet & frigida tergiversationes,
 mendaces illusiones, & uana deceptiones, quibus se adornant, pro
 populo suadeant, & oppressum foedat. Deinde uani & iriti conatus, pro sua
 temeritate stabilienda, in quibus omnibus multum laboris & operæ perdunt,
 & omnia tandem frustra tentat: ut hæc etiam nostri seculi, exemplis uideamus,
 contingere. Hoc autem loco, magis falsum & uanum intelligimus partum, q; iniquum
 uel mendacem: loquitur enim de uano conatu & irito consilio, quo
 deceptus falsusq; Absalom, quando, collecto Israele toto, David quærebatur
 perdere, ibi enim consilium suum, & partus adeo euauerunt, & in iritum
 ierunt, ut & super caput ipsius ceciderint, & quod in David moliebatur, ipsum
 contereret, ut sequitur.

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Allegorissat propheta, quo, ut supra docuimus, simul & rerum quandam
 allegoriam ostendit. Quemadmodum crux Christi, est uita allegorica, apparet
 occidere dum uiuificat: Ita hic Absalom, lacum aperuit & effodit, ut David in
 eum urgeret ignarus q; hoc ipso David liberaret, & sese perderet. Tangit autem
 illud, quod Absalom cogitauit multitudine fretus, David ut unum & solū
 quem illi parauit, & effodit. Sed ecce, hoc ipsum contigit ei, qui derelictus ab
 omnibus, solus in quercu pendens conuulsus est, & proiectus in foueam gran-
 dem in saltu, comportato super eam acervo lapidum magno nimis, ut scribitur,
 iij. Regum. xvij. Hæc est fouea illa, quam hic recitat, & in allegoriam tra-
 hit: Non enim Absalom eam foueam David pararat, sed mortem, quam pas-
 sus est ipse, illi intentabat. Ita & usu humano dicitur, nobis paratum fuisse ma-
 lum, in quod ceciderit imprudens aduersarius noster, etiam si tale quid, ille non
 pararit. Quare puerbialis est hic uersus, & gnomæ uulgaris, sicut illa: Lex non
 est æquior ulla, q; necis artifices arte perire sua.

Dicitur

Apparet
 crux Christi
 occidere dum
 uiuificat.

Dicitur hęc (ut dixi) in cōsolationem oppressorum, ut sint securi, malum
quod is tentatur, uenturum in calumniatores ipsos. Simul in terrorem calū
niantibus & persecutoribus, quorum nimia p̄sumptio & securitas est deter
renda, & illorum infirmitas corroboranda.

Vide autem q̄ exprimat ardorem & anhelantē furorem impiorum, q̄ non
simpliciter dixit, lacum fecit, sicut infra dicit, foueam quā fecit, sed lacum ape
rūit & effodit, q. d. illud Prouerb. j. Pedes eorum festinant, ut effundant san
guinem. Ita sunt negotiosi & operosi in parando & fodiendo lacu, Nihil non
tentant, omnia explorant, non contenti q̄ aperiunt, effodiunt, etiam profun
dam faciunt, ut quantocius & profundissime perdant innocentem. Sic ludæ
tamē festinant ad Christum occidendū, & omnia in hoc parant, non
uicem effodientes ignominiosissimam crucis mortem procurarunt. Ita omnis
calumniator non habet satis perdidisse quantocius proximum suum, nisi, quan
tum potest, turpissime perdat. Hanc ignominiam mortis per effossionē para
ti lacu indicat, quia tanto a luce & spe reparandi longior est, quo profundius
immergitur. Nullus enim impius tam stultus est, qui uelit uideri innocentem
sine causa perdidisse, immo quo est malignior, eo magis quærit uideri iustiss/
ma causa agere, & illum turpissima causa perdi. Ideo effodere illi necesse est la
cum iam paratum & apertum. Et tamen foueam sibi nec aperuisse nec effodis/
se, sed fecisse dicitur, quia nec mortem nec ignominiam suam quæsiuit, incidit
potius imprudens.

Iterū hic solocismus est. Incidit in foueam, fecit. Vbi nostri addunt, quam
ego autē, quia, ut supra. Et quod, aperuit nos habemus parauit dicitur in heb/
Parua hęc, quia utrobicq̄ intelligit, lacus prius paratus q̄ effossus, contra om
nium sensum, quia id quod dictum est intelligi uoluit.

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniqui
tas eius descendet.

Non est hic Auen, sed amal, quod laborem proprie non dolorem significa
re diximus. Conuertetur (inquit) labor eius in caput eius. Et iniquitas, uoca
bulum est quod nondū habuimus, scilicet ~~u~~ hiamas, quod proprie signifi
cat rapacitatem, uiolentiā, seu iniuriā quæ ui irrogatur, tyrānidem, quo modo
Accipitres rapiunt auiculas. Nam ab hoc nomine accipitrem nocturnum uo
cari dicit Reuchlin a rapiendo, Respicit autem ad illud, quod in principio di
xit. Ne quando rapiat sicut leo animam meam. Parauerat enim Absalom, col
lecto omni populo, ui rapere & uorare Dauid, & ipse raptus ac deuoratus est
miser. Et ita recidit labor, & studiū eius, in caput eius. Videturq̄ idem esse sen
sus cum uersu p̄cedente, cuius allegoriam apertis uerbis explicat, nisi in hoc
differat ab illo, quod p̄cedente uersu opus ipsum designatum sit, ipsa scili
cet mors & perditio, fouea & lacu, expressa. In hoc autem consiliū & sapien
tia, quibus fouea & lacus illi parabatur & effodiebantur. Ut intelligamus de
um adeo pro calumnia pressis, contra calumniatorum uim, sollicitum esse, ut
& malum quod intētant, & consiliū quo nituntur in eos retorqueat, ne de
ficiamus in spe. Hic est enim diuini iudicij modus incomprehensibilis, q̄ im
pios non nisi proprio eorum cōsilio capit, & in perditionem a se repertam in
ducit, sic Goliath occidit proprio gladio. Sic Iob, v. Qui dissipat cogitationes
malignorū;

Lacu aperire
& effodere
quid sit.

Deus sollici
tus pro op
pressis con
tra caluma
niantes;

P

malignorum, ne possint implere manus eorū quod ceperant. Qui appropin-
dit sapientes in altutia eorū, & consilium prauorum dissipat, per diem in
in tenebras, & quasi in nocte, sic palpabūt in meridie, id est, tūc sunt in tenebris
& cecissimi, quando sunt sapientissimi & uidentissimi.

*Fructus impio-
rum, labor est.*

Graui ergo Epitafi, laborem appellat eorū consilia, astutiam, sapientia. Sic
Iudæi qui Christum perdere moliti sunt, quid fecerunt, nisi q̄ frustra labo-
rauerunt, & (ut psal. ij. dixit) Meditati sunt inania. Hic autem non solum labo-
rem uocat, sed etiam in caput ipsorum reuersum dicit, quia hoc ipsum consili-
um quo Absalom fretus multitudinē populi collegit, ei exitio fuit, futurus tunc
si in urbe manens iuxta consiliū Achitophel. xij. illa milia uirorū misisset, Sed
ut ait scriptura, dñi nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut in dicitur
ret dñs super Absalom malum. Consolatur itaq̄ nos scriptura dum impro-
ferociam aliud non esse docet, nisi magnum quendam, sed inanem conatū uo-
rius q̄ factum, & talem qui in eos ipsos sit conuertendus. Sicut fluctus & tu-
mor maris uidetur uelle obruere litus, sed in seipsum mox ruens euanciscit suis
minis ludibrio expositis.

*Ferocia impi-
orum non nisi
inanis cona-
tus.*

*In caput, in
uerticem uer-
ti, quid sit.*

Tropus hic scripturæ familiaris est. In caput, in uerticē conuerti, seu cadere,
seu descēdere. Sic Eccle. xxvij. hos uersus amulans dicit, Qui in altū mittit lapi-
dem, super caput eius cadet, & plaga dolosa, dolosi diuider uulnera, & qui tor-
ueam fodit, incidet in eā, & qui statuit lapidē proximo suo, offendet in eo, &
qui laqueum alij ponit, peribit in illo, faciēt nequissimū consiliū, super ipsum
deuoluetur, & non agnoscat unde adueniet illi, Eodē tropo & ij. Regū. j. San-
guis tuus sit super caput tuum. Omniaq̄ fere, tum mala, tum bona imprecari
solent in caput. Deutro. xxxij. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, ueniat
super caput Ioseph. q̄ caput scilicet sit primum & dignius membrū totius cor-
poris. Simul tamen indicat, q̄ defursum a deo descendat utrunq̄, tam uindicta
impiorum, q̄ salus piorum. Ideo a deo ordinante descendit iniquitas eius
in uerticem eius, & labor in caput eius. Videtur autē Tautologicē idē esse, Con-
uerti laborem in caput, & descēdere iniquitatem in uerticem, ideo repetitū ut
firmitatis & certitudinis indicium sit, ut supra dictum est. Nam impij insensati
minas dei rident, quasi uel non futuras, uel diu differendas, ideo fortiter
inculcanda sunt, eis mala.

*Minas dei rident
insensati.*

Confitebor dño secundū iustitiā eius, & psallā nomini dñi altissimi.

Concludit psalmū & orationē pulchra sententiā, quasi dicat: Hæc oīa mihi dic-
ta, & orata sint super maledictis, calūnijs, iniurijs Semei, & hominū, pro igno-
rantia & iustitia mea tuenda secundū cōscientiā, & quantum est in cōspectu ho-
minū, ceterū nō in eam cōfido, nec talem iudico, qua stare coram deo possim.
Sicut Aplos. j. Cor. ij. Nihil mihi cōsciū sum, sed nō in hoc iustificatus sum.
Et, qui gloriat in dño, gloriat, nō enim qui seipsum commēdat, ille probatus
est, sed quem deus commēdat. Ita & ego aliam habeo iustitiā, in qua glori-
or, nempe iustitiā dei, misericordiā & gratiā, qua ignoscit mihi peccata mea, &
iustificat in cōspectu suo: De qua iustitia, neq̄ me iactō, neq̄ mihi confiteor,
quasi sit mea, confiteor autē, & confitebor in æternū pro ea dño, cuius ipsa ser-
uus est: Quare per iustitiā meā dño & populo quidē libēs seruietim & impia
resisterim, at in iustitia dei mihi profuerim.

*iustitia dei nō
mea.*

Mire eodem

Mixta eodem uerbu eisdemq; uerbis, & gratias agit, & iusticiam laudat, & natu-
ram eius describit: Esse scilicet eam donum gratuitum dei, p quo sit laudandus
& cantandus. Quare scd m iusticia eius, hic intelligendū omnino, ut sit idem
quod, ppter iusticia eius, ut sit sensus: Laudabo dñm in æternum, quia ipse est
iustificat, qd nisi faceret, nec iusticia mea scd m conscientiam meā subsisteret.
Et hūc sensum iuuat qd sequitur, uelut repetito dictū: Et psallam nomini dñi
altrissimū. Nam nomen dñi supra diximus esse laudem qua prædicatur, bonus,
misericos, saluator &c. Et in hoc noie credens, iustificatur & saluatur: Talis
enim est deus, qualis creditur unicuiq;. Damna uero & impij nullum ei no,
men tribuunt, illi quod nihil boni de eo sperant, hi q non indigent. Vnde Pro-
uerb. xvij. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.
Et Ro. x. Omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit.

Talis deus
qualis credi-
tur cuiq;

Ab hoc igitur noie cum ueniat iusticia & salus, ac lata cōscientia, dum forti-
ter in ipsum creditur, non aut ex nostris uiribus aut operibus, recte docet non
nisi nomini dñi iusticiam dei tribuendam, & eidem psallendum, prædicandum,
celebrandum, quo & alij per hanc cōfessionem & prædicationem idem nomen
cognoscetes, credant, & salui fiant. Prope idem dicit psal. I. Docebo iniquos
uias tuas, & impij ad te cōuertent. Et iterū: Exultabit lingua mea iusticiā tuā.
Vbi impij iusticiam suam exultāt, ut sapius iam dictum est.

Quare confiteri & psallere hoc loco non priuatum gratitudinis officium so-
lummodo significant, sed etiam publicum uerbi gratiæ ministerium, quo no-
men dei hominibus manifestatur.

Vtilis & necessaria erit huius psalmi oratio, si aduersus diabolū oretur, siue
hora mortis, siue qua alia desperationis tētatione. Nā ipse est pprie diabolus,
id est, calumniator, qui nos accusat, & conscientiam etiā in his confundit, quæ
recte gessimus, & deo placent, tum quæ male egimus supra modū magnificat,
utrobiq; onerosissimus, & importunissimus Semei, Aethiops terribissimus, ma-
ledicens, insultans, urgens in hæc uerba: Ecce præmunt te mala tua: Egredere
egredere, uir sanguinum, reddit tibi dñs uniuersum sanguinem domus Saul.
Et reliqua quæ ex hac historia licet cuilibet ad tropologiam trahere. In quibus
Dauid nostrum oim exemplū est, docēs nos ea quidem sustinere debere, sed
simul expectare benedictionē dei, pro maledictione & afflictione ista.

In hora mora-
tis, & angus-
tiate cōscien-
tiæ, hic psal.
orandus.

PSALMVS OCTAVVS.

Ad uictoriam pro torcularibus psalmus Dauid.

NOVVS hic titulus, quid per torcularia sua uelit, tanta uarietate disputa-
tum est, ut ego me fatear confusum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres
enim sunt in uniuersum psalmi, qui torcularia in titulis præfixa habent: Hic
octauus Dauid inscriptus, octuagesimus Asaph, & octuagesimusterius fi-
lij Coreh. Nec est uersimile (id quod hebræorum præstantiores concedunt)
Dauidem, hunc psalmum in torcularibus Palestinorum composuisse, quādo
eadem ratione & Asaph & filios Coreh, suū ibidem composuisse sequeretur.
Nec legitur Dauid fuisse in torcularibus Palestinæ, sed in Geth (quæ postea lite-
rarum simili patione, Gaza dicta est) ciuitate Palestinæ; etiā si Geth significet
torcular, qd hic תורן by al Githith, super torcularibus dicitur. Nec mihi satis
facit, qd alijs uideatur, hunc psal. factum, ut caneret in festo tabernaculorū, ubi
collectus frugibus & uindemijs finitis, deo gratiæ agebantur.

P ij Proinde